

ANTONII FABRIC.  
SEBVSIANI ET IN SVPREMO  
SABAVDIAE SENATV  
PRIMARII PRÆSIDIS,  
HEMISCHILIAS.

*Seu, Pars Secunda,*

DE ERRORIBVS PRAGMATIC  
ET INTERPRETV M IVRIS.

Ad Serenissimum Sabaudie Ducem CAROLVM EMANVELEM.

*Opus varium, nec illis tantum qui in foro, sed iis etiam, qui in scholis  
versantur, longè vilissimum, ad vera, rectaque iuris principia ca-  
pessenda, quorum ignoratione pragmatici, vulgarésque interpretes  
passim cæcutiunt.*

EDITIONE SEGUNDA.

Aucta Capitum suminariis, & Indice legum explicatarum, atque pronuntiato-  
rum Iuris quæ ab autore declarata sunt, aut aduersus inter-  
pretes asserta Elencho.



COLONIE ALLOBROGEM,  
SVMPTIBVS SAMVELIS CRISPINI.

c. I. o. I. o. x. l.



SERENISSIMO  
PRINCIPI CAROLO EMANVELI  
Sabauidæ Duci, Subalpinorum  
Principi,

ANTONIVS FABER S.P.D.



OLENT egeni debitores, cùm ad diem non habēt totius debiti pecuniam in numerato, partis offerre solutionem, in cámquerem creditoris benevolentiam implorare, vt ab eius facilitate impetrant per gratiā, quod ab inuito extorquere per executorem non possent. Idem & antehac à me factum fuisse agnosco, Princeps Serenissime, & nunc quoque video mihi esse faciendum. Nā qui Chiliadem tibi debeo, aut potiùs omnia, pro chiliade collatorum abs te in me benefiorum, post oblatas primùm Decades quinque & viginti, nunc secundam partem ex Decadibus totidem conflatam adfero. In summa Hemischiliadem pro Chiliade, postea tertiam quoque partem oblaturus, atque ita tandem, si Deus volet, Chiliadem ipsam completurus. Non adfero excusationem, quòd ad certam diem non debui: tanto plus enim tuæ humanitati debere me sentio, qui solutionem, quam statim vrgere poteras, in hunc usque dic expectasti. Nec rursus ignoro, sic iure nostro comparatum esse, ut ad constituendum in mora debitorem,



# ANTONII FABRI

## I. C. SEBVSIANI,

### ET IN SVPREMOSABAVDIAE

### SENATV PRÆSIDIS

PRIMARIIS,

### DE ERRORIBVS PRAGMATICORVM,

### ET INTERPRETVM IVRIS,

### DECAS VIGESIMASEXTA.

### ERROR PRIMVS.

*De liberis positis in conditione.*

#### S U M M A R I A.

1. *Error 1.* *Exdition perulgata questionis, An liberi positi in conditione consentaneum etiam in dispositio-*

*nre positi.*

2. *Conditione, capote priuatio puritatis, ac pro-*

*inde nihil dispositionem inducere nequit.*

3. *Fideicommissum est omni & granam et-*

*que idèo in legitima, aut alio patrimonio, quām*

*quid proprium fuerit fideicommissensis imponi*

*non potest.*

4. *Fideicommissum ex ipso oddosum est, quid*

*in dubio non credatur quisquam cum onerare*

*velle quem honorat.*

5. *In obscuro pro herede presumendum est.*

6. *Quaevis ultima voluntas faciebilius, qua-*

*tenui si nihil repugner omnino servanda est.*

7. *Fideicommissa non facile invenienda, ubi*

*nullis fideicommissorum verbis testator usus est.*

8. *Fideicommissorum verba olim solennia fue-*

*re, quibus deficientibus ad ea invenienda non suf-*

*ficiet praeceptum interpretationis.*

9. *In fideicommissis sola testatoris voluntas*

*specatur, quam de jure interpretandis, non indu-*

*cendis agitur.*

10. *Natu fidei commissum relinqui dicitur, quā*

*do prolatis fideicommissi verbis idoneis testator*

*natu responderit.*

11. *Error 1. interpretatum existimantim etiam*

*sine fideicommissu verbis, ex sola conjectura volun-*

*tatis fideicommissum induci posse.*

12. *Error 2. interpretatum statucentium propter*

*conjecturam testatoris voluntatem liberos in*

*conditione positos ex fideicommisso vocatos esse.*

13. *Ex Manica sententia verba illa, Si sine*

*liberis Titius decellerit, fideicommissum non*

*inducunt.*

14. *Qui unum tantum fideicommissum adscri-*

*pit, ex erronea interpp. sententiâ, de daobus cogi-*

*tasse penitit.*

15. *Conditione inserta fideicommisso, ne heres o-*

*mnimodo fideicommissa obstringentur, ex interpp.*

*errores dogmatis, efficiunt ut duplice fideicommisso e-*

*numeris sit.*

16. *Conditione in solius hereditis gratiam adscri-*

*pit contra ipsum posita censeatur ex interpretatio-*

*ne Dd.*

17. *Responsio interpretatum referiur & reselli-*

*tur ex eo quid inducto 2. fideicommisso, & heredi*

*& testatori iniuria inferiur.*

18. *Curgitare parenti heresi ius quis fideicommis-*

*sus, quam proprijs liberis restituere inbetur.*

19. *Modus quo efficere possit testator, ut li-*

*beri hereditis quos posuit in conditione, non cen-*

*sentantur substituti, expeditur.*

20. *Ex eo quid liberi in conditione positi pre-*

*feruntur substituta ex voluntate testatoris, perpe-*

21. *Viam infertur, eas igitur esse subficiatos.*

22. *Accersitus recte obseruauit liberos positos  
in condicione praeservi subficiens ab iniestate, non  
vi liberi positi in condicione censeantur subficiui. fideicommissi iure.*

**I**ON id nunc agemus, ut in questione tam trita, & apud omnes utriusque Iuris interpres toties, tantisque contentionibus agitata, noua multa afferamus, sed errorem non modò ineptissimum, verum etiam perniciosissimum, qui iam ferè ubique inualuit, si facere poterimus, explodemus. **¶** Questio de illo est, An liberi positi in conditione, sint etiam in dispositione, id est, an vocati & substituti videantur, eo nimurum casu quo quis fideicommisso grauatus est sub ea conditione, *Si sine liberis deceperit*, quæ frequentissima fideicommissorum ferè omnium, quibus hodie viimur, conditio est, sive ab ascendentibus aut descendentibus, sive ab extraneis relinquuntur. Vetus certè quæstio est apud interpres, sed quæ tamen prudentibus ipsis prorsus incognita fuit, & inaudita. In quorum responsis cum nihil sit frequentius, quam ut tractent de fideicommissis sub huiusmodi conditione relictis, nusquam tamen dubitant, utrum ex eo quod liberos in conditione posuit testator, de iis ipsis vocandis & substituendis sensisse intelligatur. Neque verò dubitandi causa illa vel minima esse potuit magnis illis viris, qui, quid conditio, quid dispositio & fideicommissū esset, tam bene intelligebant, quam male percipere iij videntur, qui rem adeò certi & explorati iuris in dubium deducunt. Nam siue quid & conditio sit, inspiciamus, constat nihil aliud eam esse, quam priuationem, ut ita dicam, puritatis, hoc est, suspensionē actus, qui alioquin purus esset, ac proinde nihil, quia & priuatio ipsa quælibet nihil est, licet tale nihil sit, quod efficit ut actus conditionalis, quando conditio pendet, pro nullo sit. Conditione autē quandoque existente, pro eo habetur, ac si ab initio purus fuisset, ut explicauimus pluribus lib. 15. Coniectur. c. 6. & 7. ex l. adere diem. 213. D. de verb. sign. l. grege. 13. §. si sub conditione. ff. de pign. l. potior. 11. §. 1. vers. cum enim. D. qui potior. in pignor. hab. Porro quod nihil est, quomodo dispositionem inducere, aut effectum aliquem producere potest? Siue quid fideicommissum sit, attendamus, nemo nescit & fideicommissum esse onus & grauamen, ob idque nec in legitima imponi posse. *quoniam in prioribus. 32. C. de inoff. testa. iunct. l. si adrogator. 22. § sed an impubert. D. de adop. neque in alio patrimonio, quam quod proprium fuerit ipsis fideicommittentis, l. cohared. 41. §. cum filie. D. de vulg. & pupill. sublit. l. sequens quæstio. 68. de legat. 2. sed & hoc ipso & esse odiosum, quia non facile, & in dubio quisquam credendus est onerare velle eum quem honorat, praesertim heredem, pro & quo in obscuro semper presumendum est, eique parcendum, ut Proculus loquitur in l. Sempronius. 47. eod. titul. facit l. vnu ex familia. 67. §. si rem eadem. Etsi enim fideicomissa, quæ à defuncto relictæ sunt, favorabilia creduntur, ut & ceteræ omnes defuncti hominis voluntates, quas effectum habere publicè interest, tuel negare. 6. D. testam. quemadmod. aper. iunct. §. nostra. Inst. de legat. & tu. de fideicom. hered. in princip. nec minus si extraneis, quam si descendentibus relictæ sint, quandoquidem utroque casu voluntas testatoris, si nihil repugnet, omnino modo seruanda est, tamen non & usque adeò favorabilia videri debet, ut facile & temerè induci possint, id est, tametsi nullis fideicommissi verbis testator usus sit, & ad inducendū fideicommissum accommodatis. Fuerunt enim semper & fideicommissorum verba quædam solēnia, quæ si deef-*